Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26462
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Aleph cati sunt, pauci u(ero) electi. Me mi
nauit et adduxit in tenebras et non in
lucem; hoc est in tribulationem cade
re permisit. et non in prosperitate seruauit.
Aleph Tantum in me uertit. et conuer
tit manum suam tota die. Hoc enim sen
tit iusti iudicis sententia decernen
te, sibi iuxta merita sua euenire:
quod se recolit prauis actionibus promereri.
Illud tamen considerandum est quod dicit:
tantum in me uertit et conuertit
manum suam. Conuertere enim sepe in
scripturis ponitur pro placare. ut est illud:
conuertere domine aliquantulum et de
precabilis esto super seruos tuos. Vertit enim
dominus manum suam. quando iuste in reos
debitam ultionem inmittit. et conuer
tit manum suam. quando misericordi
ter a uindicta sententiam suspendit.
Scriptum est enim de illo. Dominus mortificat.
et uiuificat. et sublimat. Et in deatte